

locis ab anno in annum decrescit, præsertim ob hanc causam, fatentibus plerisque parochis pietate, scientia ac experientia magis conspicuis. Quomodo ergo olim agebant confessarii, ajunt multi? Non plures quam hodie communiter nascebantur liberi ex singulis matrimoniis. Conjugati non erant castiores; et nihilominus præceptis annuæ confessionis ac communionis paschalis non deerant. Omnes libenter admittunt infidelitatem erga compartem, et abortus intentionem maxima esse peccata. At vix quidam persuaderi possunt se teneri sub peccato mortali, aut perfectam in matrimonio servare castitatem, aut incurere periculum innumeram generandi prolem.

»Præfatus Cenomanensis Episcopus ingentia hic obventura esse mala prævidens et anxietate turbatus, a Beatitudine Vestra sollicitè exquirat:

»1.º An conjuges qui matrimonio eo utuntur modo, ut conceptionem præcaveant, actum per se mortaliter malum exercent?

»2.º An actus habendus sit, ut per se mortaliter malus, et an conjuges de illo se non accusantes, considerari possint tamquam in ea constituti bona fide, quæ eos a gravi culpa excuset?

»3.º An probanda sit agendi ratio confessariorum qui, ne conjugatos offendant, illos circa modum quo matrimonii juribus utuntur non interrogant?

»Sacra Pœnitentiaria, mature perpensis propositis quæstionibus, die 8 Junii 1828, respondit:

»Ad 1.º: Cum tota actus inordinatio ex viri malitia procedat qui, loco consummandi, retrahit se et extra vas effundit; ideo, si mulier post debitas admonitiones nihil proficiat, vir autem instet minando verbera aut mortem, poterit ipsa (ut probati theologi docent) citra peccatum passive se præbere. Cum in his rerum adjunctis ipsa viri sui peccatum simpliciter permittat, idque ex gravi causa quæ eam

excusat; quoniam charitas qua illud impedire tenetur cum tanto incommodo non obligat.

»Ad 2.º et 3.º: Quod præfatus confessarius in mentem revocet adagium illud: *Sancta sancte esse tractanda*. Atque etiam perpendat verba S. Alphonsi de Ligorio, viri docti et harum rerum peritissimi, qui in *Praxi confessarii* (§ 4, núm. 7) inquit: «Circa autem peccata conjugum respectu ad debitum maritale, ordinariè loquendo confessarius non tenetur, nec decet interrogare, nisi uxorem an illud reddiderit, modestiori modo quo possit... De aliis taceat, nisi interrogatus fuerit.» Necnon alios probatos auctores consulere non omittet.

»Secundum responsum: Circa onanismum a S. Sede quæsitum fuit, qua nota theologica dignæ sint hæc propositiones: 1.º Ob rationes honestas conjugibus uti licet matrimonio eo modo quo usus est Onan. 2.º Probabile est istum matrimonii usum non esse prohibitum de jure naturali. 3.º Nunquam expedit interrogare de hac materia utriusque sexus conjuges, etiam si prudenter timeatur ne conjuges sive vir, sive uxor matrimonio abutantur. S. Officii Congregatio, 21 Maji 1851, respondit ad 1.ºam propositionem, esse *scandalosam, erroneam et juri naturali matrimonii contrariam*. Ad 2.ºam propositionem, esse *scandalosam, erroneam et alias damnatam* ab Innocentio XI, propositione 49, quæ sic jacet: *mollities jure naturali prohibita non est*. Ad 3.ºam propositionem, prout jacet esse *falsam, nimis laxam, et in praxi periculosam*.

2820. Scavini (edición de 1874, tomo 3, núm. 841) pregunta: «Quid dices, si vir velit seminare extra vas? R. Quoad uxorem virum habentem, qui more nefando Onan se gerit semen fundendo in terram in usu copulæ, habemus responsum S. Pœnitentiariæ, 1.º Febr. 1823. Cum tota actus inordinatio ex viri malitia procedat qui, loco consummandi, retrahit se et

extra vas effundit; ideo, si mulier post debitas monitiones nihil proficiat, vir autem instet minando verbera aut mortem, aut talia gravissima mala poterit ipsa, ut probati theologi docent, citra peccatum permissive se habere. Cum in his rerum adjunctis ipsa viri sui peccatum simpliciter permittat, idque ex gravi causa quæ eam excusat; quoniam charitas qua impedire tenetur cum tanto incommodo non obligat. Utrum vero uxor non tantum reddere sed etiam sine peccato petere possit debitum a suo viro onanista, per se loquendo negandum est; quia, quantum est ex se, tenetur ex charitate illius peccatum impedire; nisi tamen gravem haberet petendi causam, v. gr., si esset in periculo incontinentiæ, vel si alioquin abstinere debet perpetuo; charitas enim cum tanto onere non obligat. Imo dicunt, quod uxor non videtur obligata ad abstinendum nisi per paucas vices, id est, identidem semel aut bis: nam in hac materia abstinencia de facili fit onerosa et gravis. Neque peccat mulier consensum internum voluptati præbendo, modo non assentiat peccato viri; actus enim per se honestus est, et per eam non stat quominus debito modo perficiatur.»

2821. El muy erudito obispo Bouvier, descendiendo á tratar de las causas graves que excusan á la cónyuge para prestarse á pagar el débito «viro volenti seminare extra vas, non solum si mors, verbera aut graves sævitias timeantur, sed etiam, etc.,» dice así:

»1.º Si detur locus timendi, ne maritus concubinam in domo conjugali habeat, et cum illa maritaliter vivat; quia nulla est uxor sensata, quæ sævitias vel etiam verbera non mallet sufferre, quam commercium adeo sibi injuriosum in propria domo videre. Imo etiamsi maritus concubinam in domo non habiturus esset, si timeretur ne illam alibi frequentaret, vel ad meretrices accederet; quia certe hoc

valde molestum est mulieri ratione jurgii, dissensionis, dissipationis rei domesticæ, scandali, etc.

»2.º Notandum est gravitatem molestiarum ex circumstantiis personarum judicandam esse; quod enim respectu unius reputatur leve, gravissimum esse potest respectu alterius. Sic rixæ transitoriæ, dissensiones, et etiam quædam verbera non multum ponderantur inter rusticos: at prorsus intolerabilia forent mulieri timidæ, exquisita disciplina instructæ et urbanitati assuefactæ. Metus ergo notabilium jurgiorum in his conditionibus esset causa sufficiens debitum reddendi.

»3.º Pariter si mulier certo sciat virum, ex repulsa iratum, blasphemias in Deum et in religionem, injurias erga confessarium et sacerdotes in genere, verba scandalosa coram famulis aut liberis pronuntiatum, tunc debitum reddere potest. Quia unum peccatum impedire volens, in causa esset quod alia æque gravia vel graviora patrentur: nihil ergo proficeret, et grave incommodum frustra subiret. A fortiori metus divortii, aut separationis, aut infamiæ, aut gravis scandali esset causa sufficiens.

»4.º Non necesse est quod mulier virum repellat, donec sævitias, molestias, aliave incommoda superius memorata experta fuerit: tunc enim debitum reddendo vel offerendo, malum jam existens sæpe non averteret: et aliunde illud subire non tenetur ad peccatum mariti impediendum. Sufficit ergo ut illud rationabiliter timeat.

»5.º Similiter virum debitum cum intentione se retrahendi petentem, singulis vicibus monere non tenetur, quando certe cognoscit se nihil obtenturam; debet tamen, saltem aliquoties, ostendere se crimini ejus non assentire. Verum sedulo caveat, ne metu prolis, molestiarum graviditatis, aliove motivo sibi illudens, interiorius peccato mariti assentiat, vel in

illo sibi complacere. Sic disposita esse debet, ut mallet mori quam generationem impedire, si hoc ab ipsa penderet.»

\* Ponemos á continuación las consultas que elevó á la resolución de la Sagrada Penitenciaría el señor Obispo N. N., el año 1886, para que los confesores tuviesen una norma segura en orden al proceder que debían seguir cuando se acerca al tribunal de la penitencia algún onanista, en vista de la diversidad de pareceres que existía acerca de las preguntas que se debían hacer con respecto á un pecado tan abominable y frecuente en algún país, no obstante las declaraciones emanadas sobre el particular en diversas ocasiones, en especial en 14 de Septiembre de 1876.

»1.º Quando adest fundata suspicio, pœnitentem, qui de onanismo omnino silet, huic crimini esse addictum, num confessario liceat a prudenti et discreta *interrogatione* abstinere, eo quod prævideat plures a bona fide exturbandos multosque Sacramenta deserturos esse? An non potius *teneatur* confessarius prudenter ac discrete interrogare?

»2.º An confessarius, qui, sive ex spontanea confessione, sive ex prudenti *interrogatione*, cognoscit pœnitentem esse onanistam, *teneatur* illum de hujus peccati gravitate, æque ac de aliorum peccatorum mortalium, monere, eumque (uti ait *Rituale Romanum*) paterna charitate reprehendere, eique absolutionem tunc solum impertiri, cum sufficientibus signis constet, eundem dolere de præterito: et habere propositum non amplius onanistice agendi?

»Sacra Pœnitentiaria, attento vitium infandum, de quo in casu, late invaluisse, ad proposita dubia respondendum censuit, prout respondet.

»Ad 1.º Regulariter negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

»Ad 2.º Affirmative, juxta doctri-

nas probatorum auctorum (10 Martii 1886.) (Marc., tomo 2, número 2119.)

»Illud *regulariter* innuit, interdum per exceptionem fieri posse, ut potius res silentio premenda sit, ne sine ulla spe fructus bona fides in fidem malam convertatur.» (Lehmkuhl, tomo 2, pág. 614.) \*

2822. «*Quæritur*: Si alter alteri debitum remiserit, vel si consensu mutuo voverint castitatem, tollitur obligatio reddendi debitum?»

R. Busembau responde affirmative, pero San Ligorio añade: «Sed oppositum est probabile, si non intenderint cedere juri suo juxta dicta (num. 944) circa finem,» cuyas palabras quedan citadas ya.

2823. «*Quæritur*: An conjux teneatur reddere debitum amenti vel ebrio?»

R. Aunque Navarro y algunos otros autores afirman que hay obligación de pagar el débito, San Ligorio, en el mismo núm. 948, dice así: «Negant vero communissime et probabilius cum Busembau, Soto, Victoria, etc. Ratio, quia licet isti dominium retineant, sunt tamen incapaces usus domini. Excipe 1.º, si in eis sit periculum prodigendi semen; quia tametsi ipsi non peccent, est tamen impediendus actus materialiter malus. Excipe 2.º, si quis non esset univèrse amens, sed in una tantum vel altera materia; Sanch., etc. Vel si ille esset tantum fatuus, non vero omnino mente captus; vel si petat dum habet lucidum intervallum; Boss. cum Sanch., etc.

»Quamvis autem non sit obligatio reddendi conjugi amenti, vel ebrio, licitum est tamen ei reddere, ut communiter dicunt præfati auctores, cum usus matrimonii per se sit licitus, et proles educari possit a conjuge sanæ mentis. Modo (intelligendum) absit periculum scandali, vel abortus; unde bene addunt Sanchez, etc., quod non licet coire cum uxore amente furiosa,

nisi ipsa experta sit sterilis. Peccaret etiam qui conjungerent ad copulam conjuges ambos amentes; quia esset causa ut filii carerent debita educatione; Sanch., Sotus, etc.»

2824. «An conjux teneatur reddere debitum alteri laboranti aliquo morbo contagioso, puta, lepra, peste, phthisi, morbo gallico et simili?»

R. «Certum est (dice San Ligorio, núm. 950), 1.º, conjuges teneri ad reddendum cum levi suo damno; huic enim præponderat lex justitiæ obligans quidem sub gravi, cum redditio debiti gravis sit materia; ita communiter Sotus, Navar., etc. Ratio, quia, cum copula brevi fit, non imminet ex ea periculum infectionis; et ideo ait Div. Thom.: «Tenetur reddere sed non cohabitare, quia non ita inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione» (1). Communiter tamen id limitant 1.º doctores, si ex tali coitu judicio medicorum adsit periculum infectionis notabiliter noxiæ; ita cum S. Anton., Sot., Cajet., Vict. et aliis. Limitant 2.º, si conjux sanus tantum horroris habeat ad cœundum cum leproso, ut id sit moraliter impossibile: impossibile enim nulla est obligatio, ex leg. *Impossibilium, ff. de reg. jur.*»

«Certum est, 2.º, non teneri conjugem reddere debitum cum gravi periculo propriæ vitæ aut sanitatis; ita Div. Thom. (3.ª p., q. 63, artículo 2), ubi: «Vir tenetur uxori debitum reddere, salva tamen prius personæ incolumitate. Et ita communiter omnes: ratio, quia (ut ait Divus Thomas) «ordo naturalis est, ut prius

(1) *Supplem.*, q. 64, art. 1 ad 4.ºm Santo Tomás habla del marido leproso, y dice que, si bien la esposa no está obligada á cohabitar con él, si lo está á pagarle el débito: lo mismo dice el derecho canónico, cap. 2, *De conjug. lep.*

A esto no se opone que, si hubiese una lepra tan maligna que amenazase un daño gravísimo, la esposa no estuviese obligada á pagar el débito.

»aliquid in seipso perficiatur, et postmodum de perfectione sua communicet; et hoc etiam ordo charitatis habet, quæ naturam perficit.»

»Certum est, 3.º, conjugem non solum non teneri, sed nec etiam posse reddere cum gravi periculo suæ salutis, quia nemo est dominus vitæ suæ; ita communiter Sotus, Cajet., etc. Et hoc etiamsi illud grave damnum immineret solo petenti, ut dicunt Sanchez, etc.; eo enim casu reddens tantum excusari posset, si ab altero timeretur proximum periculum occisionis.

2825. «Probabiliter tamen poterit conjux reddere alteri infecto, etiam cum periculo gravi propriæ sanitatis.

»1.º Si proles sit necessaria ad bonum commune; Sanch. cum Ledesm., nemine contradicente, ut asserit.

»2.º Si conjux infectus petens esset in probabili periculo incontinentiæ; nam licet sanus nec etiam eo casu teneatur reddere cum periculo suæ sanitatis, ut dicunt Sanch., etc.: tum quia charitas non obligat cum tanto onere, tum quia alter non est in extrema necessitate, cum possit aliter sibi subvenire; attamen licite potest reddere, et tale periculum subire ex motivo charitatis; quia esto homo non sit dominus suæ vitæ, potest tamen propter charitatem illam exponere, ut Sot., Laym., etc.

»3.º Si redderet ad vitanda magna dissidia, vel ad fovendum amorem conjugalem, et etiam ad vitandum periculum incontinentiæ propriæ; et tunc potest etiam petere, quia vitatio incontinentiæ, aut conservatio pacis familiæ ac amoris conjugalis prævallet obligationi vitandi infectionis periculum. Hæc tamen omnia intelligenda (ut diximus num. 909) si morbus sit diuturnus et quasi habitualis, ut lepra, morbus gallicus, phthisis, etc., non vero si sit de illis, qui de brevi et facile solent mortem afferre, ut est infectio pestis, aut lepræ leoninæ.

»4.º Addo, si conjux sanus possit præservativis facile vitare contagium, sive ejus periculum.

»Sicut autem non potest conjux sanus reddere infirmo cum periculo propriæ salutis, sic etiam infectus nec potest reddere sano cum periculo salutis illius, etiamsi ille petat jam conscius sui periculi: prout non licet reddere gladium volenti se necare, cum nemo sit dominus suæ vitæ; ita Sotus, etc., communiter. Probabiliter tamen excipiunt Sotus, etc., si reddat ad vitandum periculum incontinentiæ in se vel in altero, vel ad vitanda dissidia, aut ne diu privetur usu conjugii, quod vix esse potest sine periculo incontinentiæ. Hoc etiam intelligendum, si ejus morbus sit diuturnus, et non proxime ad mortem tendens; itemque si alter sanus petens jam ejus morbi sit conscius, juxta dicta num. 909, dubit. 1.º»

2826. «An autem conjux possit et teneatur reddere, quando timetur damnum prolis nascituræ?»

R. Aunque algunos autores dicen que no es lícito, San Ligorio, siguiendo á Santo Tomás (in 4.ª Sent., dist. 32, q. unic., art. 1 ad 4.ª), á San Buenaventura, Paludano, Soto y otros, afirma que, según la opinión común y verdadera, puede y debe pagarse el débito; porque, como dice el Angélico en el lugar citado, «uxor tenetur viro leproso reddere debitum; et quamvis proles gigneretur infirma, tamen melius est ei sic esse, quam penitus non esse.» (Véase á San Ligorio, lib. 6, núm. 951.)

2827. «Tenetur uxor reddere debitum, si experta sit non posse parere sine probabili periculo mortis?»

R. «Commune est non teneri, dice San Ligorio (núm. 953), quia solutio debiti non obligat cum tanto detrimento.» A continuación pregunta el Santo si la mujer que tiene experiencia de que pare los hijos muertos está obligada á pagar el débito, y dice así: «Hoc casu (Laym., num. 7, dicit)

quod bene poterit uxor reddere, quia illa mors foetus per accidens evenit; et præterea melius est puero esse cum culpa originali, quam omnino non esse; attamen Bossius, Bonac. cum Rodriguez, Vict., Ledesm. et Regin. tenent eam non posse reddere, quia mater ex morte prolis (ut ait etiam Bossius) exponitur magno periculo vitæ. Excipit tamen Bon. cum aliis, nisi adsit periculum incontinentiæ, et huic consentit Sanch. (lib. 7, disp. 102, num. 8) addens quod, si perpetuo propter hanc causam deberent conjuges ab usu matrimonii abstinere, essent ipsi in maximo incontinentiæ periculo.»

2828. San Ligorio pregunta en el núm. 954: «An aliquando liceat impedire prolis generationem?» y responde, entre otras cosas, que Busembau, aunque dice «peccat probabiliter fœmina, quæ in usu matrimonii animum alio distrahit ne natura exciteatur, venialiter tamen;» pero San Ligorio añade: «Sed verius est id esse mortale, juxta dicta num. 918, v. Sed redeundo.» Después continúa el Santo: «Dicunt Sanchez, Salmant., etc., quod uxor peccabit mortaliter, si statim post copulam mingit aut surgit, vel aliud aliquid facit, animo ut semen receptum expellat, quia frustrat finem ad quem semen est a natura institutum; ita præfati auctores contra Tamb. Decl., l. 7, cap. 3, § 5, num. 14, qui cum Bellochio id excusat a mortali, eo quod matrix mulieris, semine effuso, semper retinet id quod necessarium est ad generationem. Dictum est autem si mulier id facit statim, et animo expellendi semen, nam si id faceret ex aliqua necessitate, puta, ad vitandum periculum mortis aut scandalum aliorum, omnes dicunt non peccare; sicut etiam conveniunt non opus esse, ut uxor post copulam diu immota et resupina maneat, eo quod brevi tempore matrix semen attrahit, et arctissime clauditur.»

## CAPÍTULO VIII

## DE LOS IMPEDIMENTOS DEL MATRIMONIO

## ARTÍCULO PRIMERO

Quiénes pueden instituir impedimentos dirimentes del matrimonio.

2831. Los impedimentos del matrimonio se pueden definir en general «obstacula quædam, quæ impediunt quominus matrimonium valide aut licite contrahi possit.»

Cuando el impedimento es de tal naturaleza que si el matrimonio se contrae, es ilícito, pero válido, el impedimento es impediendo. Si el impedimento es de tal naturaleza que si con él se contrae el matrimonio, éste es nulo, se llama dirimente; y los contrayentes, si lo hacen á sabiendas, cometen pecado mortal.

Antes de proceder á designar cada uno de los impedimentos impediendo y dirimentes, hablaré de la potestad que tiene la Iglesia para entender en las causas matrimoniales, y para instituir impedimentos dirimentes del matrimonio.

Los waldenses, siempre atentos á coartar la facultad de la Iglesia, é igualmente Lutero y Calvino, que sólo reconocían en el matrimonio una cosa humana, un mero contrato civil y político, dijeron que no había más impedimentos dirimentes del matrimonio que los establecidos por Dios en el Levítico; y que todas las causas matrimoniales se habían de dirimir por los jueces seculares, y no por los eclesiásticos. Asintieron á estos errores los hipócritas herejes jansenistas; y entre los más perniciosos fueron Marco Antonio de Dominis, Launoy y otros.

Los doctores católicos, principalmente los que escribieron antes del

2829. A continuación de esta cuestión pregunta el Doctor San Ligorio: «An puella violenter oppressa possit expellere incontinenti semen viri immisum, ne concipiat?» y responde así: «Affirmant Sanchez cum Raynaud, etc., quia (ut ajunt) tunc puella licite expellit semen tamquam sui honoris aggressorem, cum illud non adhuc sit in pacifica possessione uteri;» pero el Santo Doctor se aparta de esta opinión, y dice: «Sed rectius id non admittunt Pont., etc.,» y añade: «Huic ego etiam adhæsi, tomo 1, lib. 3, núm. 394, v. Dicunt, et hic quoque adhæreo, quamvis diversa ratione ductus. Ratio, cur hæc sententia mihi probatur est, quia numquam licet ejicere semen effusum atque receptum in utero, ubi statim ac recipitur (quod puto quidem statim recipi), habet suam pacificam possessionem; unde non potest mulier ab eo expellere, quia injuriam irrogaret naturæ, sive speciei humanæ, cujus propagatio impeditur. Merito tamen et communiter dicunt auctores tam primæ quam secundæ sententiæ, quod mulier vi oppressa bene potest se vertere (immo dico teneri) et coitum interrumpere, quamvis semen viri esset extra vas effundendum; tunc enim non expellitur semen immisum, sed impeditur ne immittatur, et ideo tunc licite illud repellitur, tamquam violentus honoris aggressor.»

2830. «Dubit. 2. An liceat conjugibus copulari, si ob senectutem vel aliam dispositionem plerumque accidat, quod semen extra vas effundatur? Affirmant Boss., Sanch., etc., modo adsit spes probabilis seminandi intra vas, quia semper ac adest talis spes, jus habent ad copulam, et si semen effunditur, hoc per accidens evenit;» pero de esto se tratará más latamente en el impedimento de la impotencia.